



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Roterdami.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

ROTERODAMI.

531

ROTERDAMI.

ANTE AEDES D. ERASMI ROTER.

AEdibus his ortus mundum decorauit ERASMVS
Artibus ingenuis, Religione, fide.

HADRIANVS IVNIUS IN
BATAVIA SVA.

Lumen & decus immortale vrbi addidit DESIDERIUS ERASMVS hanc patriam & genitalem sedem gratâ recordatione, vbiique in scriptis agnoscens: qui inter præcipua seculi nostri ornamen-ta merito habitus, quasi lignum quoddam ex arce Palladia litteratis ad imitandum extulit: cuius na-tales lares sacræ ædi propinquos, quoties ab exte-ris studiosè reuerenterque adiri ciuitas (que pari religione illos colere debet, qua Romuli casam Quirites) contemplatur, toties caput altius effer-re iusta gloria potest.

NON PROCVL AB HAGA COMI-TVM IN COENOBIO LAV-dunensi.

MARGARETA Hermanni Comitis Hennébergi vxor, quarti Floreti Comitis Hollandie & Ze-landie filia, Guilhelmi Regis Romanoru, ac postea Cesaris seu Gubernatoris Imperij, atque Alitheiae Comitis Hannoniæ soror, cuius patruus Episcopus Traiectensis, auunculi autem filius Dux Brabantie, & Comes Thuringiæ. Hæc aut̄ Illustrissima Comiti-ssim anno quadraginta duos circiter nata, ipso die Paralceues nonam circiter horā, anno millesimo,

L 1 2

ducen-

ducentesimo, septuagesimo sexto, trecentos' en-
ginta quinque enixa est pueros, qui prius à Guido-
ne suffraganeo Traiectensi omnes in duobus ex parte
peluibus baptisati sunt; quorum masculi quo-
quot erant Ioannes, puellæ autem omnes Elisabe-
thæ vocatæ sunt, qui simul omnes cum matre uno
eodemq; die fatis concederunt, atque in hoc Lau-
dunensi templo sepulti iacent. Quod quidem acci-
dit ob pauperculam quandam fœminam, quæ ex
vno partu gemellos in vlnis gestabat pueros, quem
rem ipsa Comitissa admirata, dicebat, Id per vnum
virum fieri non posse, ipsamque contumeliosè re-
iecit. Vnde hæc pauperala animo perturbata, ac
perculsa, mox tantum prolium numerum ac mul-
titudinem ex vno partu ipsi imprecabatur, quo
vel totius anni dies numeraretur; quod quidé pre-
ter naturæ cursum ob stupenda quadam ratione
factum est; sicuti hæc in perpetuam huius rei me-
moriā ex vetustis, tam manu scriptis, quam typis
excusis chronicis breuiter positum & enarratum
est. Deus ille ter maximus hac de re suspiciendus,
honorandus, ac laudibus extollendus in semper
na secula, Amen.

* * * * *

GRONINGAE IN FRISIA.

D. Q. M. SACR.

AMBERTO CANTERO Friso Gruningens-
i, Juris clariſſ. Philosopho & Oratori præ-
stanti, Caroli Quinti Senatori, raro virtutis
omnis exemplo, singulari patriæ ornamento, pa-
renti merito longè cariss.

Pietas